



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XXXVII Quod reprobis, quorum causa communis est in opere, ad loca
etiam communia post mortem deducantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

LIBER TERTIVS.

ex retributione æternæ iustitiæ, ex qua iam iusti gloriantur, necesse est per omnia ut & iusti cruciantur. Nam sicut electos beatitudo lætificat, ita credi necesse est, quod à die exitus sui ignis reprobos exurat.

Quod animã egredientē e corpore, siue sancti angeli, seu dæmones acceperint, secum semper sine vlla pmutatione retineãt.

Caput XXXVI.

Scriptura etem dicit: In quacumq; partē ceciderit lignū, siue ad austrū, siue ad aquilonē, ibi erit, Eccl. ii.
Scilicet, quia cum hoīs animã mortis tempore egredientē à claustro carnis siue sanctus seu malignus spūs acceperit, in æternū secū sine vlla pmutatiōe retinebit, ut nec exaltata ad supplitiū puiat, necmersa æternis supplitijs vltra ad remediū ereptiōis ascēdat.

Quod reprobi, quorū causa cōmunis est in opere, ad loca etiã cōmunia post mortē deducantur.

Caput XXXVII.

SItem reprobi, quorū causa cōmunis est in opere ad loca etiã cōmunia post mortē nō deducerentur, nequaquā iudex veniens dicitur se messoribus esse phiberet: Colligite zizaniã, & ligate eam in fasciculos ad cōburendū. Messores quidē angeli, zizaniã ad cōburendū in fasciculos ligant, cum pares paribus in tormentis similibus sociant, ut superbi cum superbis, luxuriosi cum luxuriosis, auari cum auaris, fallaces cum fallacibus, inuidi cū inuidis, infideles cū infidelibus ardeant. Cum ergo similes in culpa ad tor-

k

HAY. DE VARIET. LIB.

menta similia adducuntur, qui eos in locis pœnali-
bus angeli deputât, quasi zizaniorum fasciculos ad
comburendum ligant.

Quod sicut boni bonos in requie, ita ma-
li malos recognoscunt in tormentis

Caput XXXVIII.

Sicut em̄ boni bonos in requie, ita mali malos
in tormētis cognoscūt. Si em̄ Abrahā Lazarū mi-
nime recognouisset, nequaquā ad diuitē ī tormē-
tis positū de trāsacta eius cōtritiōe loq̄retur dicēs, qđ
mala receperit in vita sua. Et si mali malos non reco-
gnoscerēt, nequaquā diues in tormentis positus fratrū
suorū & iam absentiuū meminisset. Quō em̄ p̄ntes nō
posset agnoscere qui etiā, p̄ absentiuū memoria cura-
uit exorare. Qua in re & illud quoq; oñditur, qđ &
boni malos & mali cognoscunt bonos. Nam & di-
ues à diuite Abrahā cognoscit, cui dictū est: Recepti-
sti bona in vita tua. Et electus Lazarus à reprobo di-
uite est cognitus, quem mitti p̄catur ex noīe dicens.

Luc. 16. Mitte Lazarū vt intingat extremū digiti sui in aquā,
vt refrigeret linguā meā. In qua videlicet cognitiōe
vtriusq; partis cumulus retributiōis exerescit, vt bo-
ni ampli⁹ gaudeāt, qđ secū eos letari cōspiciūt qđ ama-
uerūt. Et mali cū eis torquent qđ in hoc mūdo despe-
cto deo dilexerūt, eos non solū sua, sed etiam eorum
pœna consumat.

Utrū animæ sc̄torū orēt p̄ inimicis suis,
qui in æterno cruciātur igne. XXXIX.

Grego. **O**Rant pro inimicis suis animæ electorū eo tē-
pore, quo possunt ad fructuosam pœnitentiā